

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 03 : De Genio](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 03 : De Genio

Auteur(s) : Conti, Natale

quam rem expressit Virgilius lib. 2. ubi Hector Aeneæ Penates Deos ita commendat:

*Sacra suaq; tibi commendat Troia Penates,
Hos cape fatorum comites, hæc mania quare:
Magna pererrato statues qua denique ponto,
Sic ait: & manibus ditas, Vestamq; potentem,
Æternamq; effert adytis penetralibus ignem.*

Hæc si quis recte consideret, nihil aliud esse Penates Deos existimabit, quam elementa ipsa, penes quæ nati sumus. Qui enim Apollinem & Neptunum Penates putarunt, nonne duo generationis principia Deorum nomine appellarunt, cum ex humore tanquam materia, & è calore tanquam artifice ad formam euocante, omnia nascantur? humor enim fœminæ, calor maris vice fungitur in rebus naturæ. His meritò Vestam comitem addiderunt, tanquam condensandi corporis, quod gignitur, fundamentum. Quod idem sensisse videntur illi qui corporis generationem elementis concedunt, & animi vim de cœlo deducunt, ut illi superiores, qui Iouem, Junonem, Minervam, ac Vestam censuerunt. Finxerunt nonnulli adolescentes duos esse Penates, qui sedentes pilam utrinque tenerent: qui quidem nihil aliud esse putabant, quam propriam singulorum fortunam atque eventus, cum penes nos nascerentur. Hos Penates vocarunt & magnos Deos, & bonos, & potentes, quod penes illos uniuersam humanæ vitæ moderationem singulorumque esse arbitrarentur. Horum Deorum imagines quæ forent apud ciuitatum principes aut apud Reges, rerum uniuersarum ciuitatum tutelam credebantur habere: at quæ foret apud priuatos, priuatarum domorum: quippe cum omnia serie quadam fatorum gubernari & seruari crederentur: quam etiam Genium nominarunt, quare nunc dicamus de Genio.

De Genio. CAP. III.

ENIMVERO Genius Iouis & Terræ filius fuisse dicitur, ut asserit Pausanias in Achaicis. Hic sine fœminæ congressu è semine Iouis in terram per somnum profuso natus esse dicitur, figura quidem humana, sed ambiguo sexu, quem postea Agdistem appellarunt. Huic cum sacra fieret ab antiquis flores complures humi spargebantur, vinumque illi in pateris offerebatur, ut innuit Horatius in secundo Epistolarum:

Tellurem porco, Sylvarum lacte pabunt,

Floribus & Genio Genium memorem brevis aui.

Inter arbores fuit platanus dicata Genio: atque crediderunt singulos homines, statim atque nati fuissent, daemones duos habere, alterum malum, alterum bonum, quorum nos sub tutela essemus, quos ambos Genios vocarunt, & putarunt nobiscum esse natos. Eius formam descripsit Pausanias in prioribus Eliacis, atque ait quo tempore vnus ex Vlyssis sociis à Temessensibus captus fuit, illos iullos fuisse per assiduas patrie calamitates vnā è virginibus, quae esset formosissima, vouere quotannis manibus eius socij Vlyssis. cum verò Euthymus ille, qui septuagesimam quintam olympiadem pugillatu vice- rat, eo accessisset, ac postulans in templum fuisset admissus, puellae misericordia ductus, & eius amore praeterea inflamma- tus, quae sese illi nuptui concessum iri promiserat, si eius virtu- te liberata fuisset ac euasisset periculum: fertur sumptis armis cum Genio eius socij Vlyssis caesi, qui tunc illi apparuit, dimi- casse, at Genius denique victus non solum extra mœnia Te- messensium, sed etiam extra Temessensium agrum profugif- se dicitur, tandemq; se in mare demersisse. dicitur is fuisse co- lore vehementer atro, reliqua forma magnopere formidabi- li, ac pelle lupina, vt aiunt, apparebat amictus.

¶ Dicitur est autem Genius, vt placuit Latinis, à gignendo, vel quia nobiscum gignatur, vel quia illi procreandorum cura diuinitus commissā putaretur. Hic creditur nobis clam nunc suadens, nunc dissuadens, vniuersam vitam nostram guber- nare, esseque mentis & voluntatis nostrae propè moderator. Nam existimantur Genij daemones rerum, quas voluerint nobis persuadere, spectra & imagines sibi tanquam in specu- lo imprimere, quod illis facillimum sit. In quae spectra cum anima nostra clam respexerit, illa sibi veniunt in mentem, quae si ratione perpendantur, tum recta sit animi deliberatio. At si quis posthabita ratione malorum spectrorum & visorum du- ctu feratur, ille in multos errores incurrat necesse est, si spe- ctra fuerint, praecipue à malignis daemonibus oblata. Ita mul- ti sunt supra modum libidinosi, aut crudeles, aut auari, quae omnia ad Genium referuntur. Inde factum est vt ita Socrati- cus crediderit Euclides, & Plato de Socratis daemone consulto- re mentionem fecerit saepius. Quod verò Genius daemon fue- rit,

rit, testatur Plutarchus, qui illum Bruto per noctem apparuisse scribit ita in eius vita: ὁ δὲ συνθεογίζομαι ὅτι καὶ σκοπῶν πρὸς ἰωάντην, ἢ ἰδὲν αἰδιδιδαίτῃναι εἰσιόντος. ἀπεβλήθη δὲ πρὸς τὴν εἶσοδον, ἐρῶ δὲ φίλῳ καὶ ἀμείστον ὄψιν ἰκφυλοῦ σώματος καὶ φοβερῶν, εἰωπῆ παρὶς ὧτος αὐτοῦ. τὴν λήσσει δὲ ἰρίδων, τίς ποτ' ὦν (καὶ) ἀθροῦ πῶν ἢ θεῶν, ἢ τι βουλόμαι ἢ καὶ ὡς ἡμαῖ: ὑποφθίσ- γαδὸν δὲ ἠαὐτῶν τὸ φάσμα, ὁ σὸς ὦ βροῦτι δαίμων κακός: ὄψι δὲ μα πρὶ φίλῳ πρὸς. καὶ ὁ βροῦτε οὐ διαταραχθεὶς, ὄψμαι, εἴ- πι ἀρα νιδίτῃ δ' αὐτοῦ, τὸν παῖδα εἰ καὶ μὴ τὴ ἀκούσα τὸν φωνῆν, μὴτ' ἰδῆν ἔψιν φασκόντων. *Is igitur, cum quiddam fecerat ratiocinaretur, visus est sibi ingrediens quendam ad se respexisse: quare oculis ad ingressum conversus mon- strasam quandam & horrendam formam aspexit, qua si- lentio sibi postea assistit. Hanc interrogare ausus est Brutus, & qui inquit hominum es, aut Deorum? aut quid tibi vis? cur ad nos venisti? ad qua submurmurans illa forma, Tuus sum, inquit, ὁ Brute malus Genius, me videbis postea in Philippis. Tū Brutus minimè exterritus, Videbo respon- dit. Cum verò is demon euannisset, pueros ad se intro vocavit Brutus, qui nullam neq; vocem se audivisse, neq; quid- quam visisse responderunt. Alii igitur crediderunt elemen- torum symmetriam, quæ corpora humana ac viventia omnia conseruaret, Genii nomine fuisse vocatam. Alii occultam vim planetarum, qua ad singulas res gerendas impellimur. Nam demones illi primùm Geruli, deinde Genii vocati sunt. Neque verò homines solùm Genios habere credebantur, sed etiã plan- tæ, & ædificia, & loca, ut in his ait Virgilius libro septimo:*

*Sic deinde effatus frondenti temporaramo
Implicat: & Geniumque locis, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatum
Flumina.*

Sed quoniam symmetria elementorum mores pro sua boni- tate in nobis imprimit, quod etiam putatur vis siderum effice- re, illud inuito Genio facimus, quod ab alia externa necessita- te, & non sponte facimus. Defraudamusq; Genium, vel illi in- dulgemus, cum iucunda voluntati nostræ subtrahimus, vel con- cedimus. Dixerunt Genio frontè præcipuè esse dicatam, quo- niam illa pars pletunque indicio est an inuiti, vel sponte quid

faciamus: & an lati simus, vel tristes. Ac de Genio satis, nunc dicamus de Laribus.

De Laribus.

CAP. IIII.

AT Laribus diuersa à Penatibus & à Geniis origo fuisse traditur: nam fama est è furtiuo Mercurii Laræque Almonis filizæ concubitu Lares geminos fuisse genitos. quia cùm Lara Iouis adulteria Iunoni indicasset, Iupiter iratus illi linguã præcidit, & ad infernam paludem relegauit; quam cùm Iouis mādato cō deduceret Mercurius, in itinere compressit, ex quo nati creduntur ij dæmones, qui Lares sunt vocati. Id significauit Ouid. lib. 2. Fastorum in his:

*Iupiter intumuit: quæque est non & sa modeste,
Eripit huic linguam, Mercuriumque vocat.
Duc hanc ad manes, (locus ille silentibus aptus)
Nympha sed inferna Nympha paludis, erit.
Inssa Iouis sunt, accepit lacum euntes.
Dicitur illa duci tum placuisse Deo.
Vim parat hic, vultu pro verbis illa precatur,
Et frustra mutonstitur ore loqui.
Fitq; graui geminorq; parit, qui compita seruant,
Et vigilant nostra semper in ade Lares,*

Hanc Larani, siue vt alij dixerunt, Larundã, nonnulli Maniam etiam appellarunt: cui vnã cum Laribus compitalia ex oraculi responso sacra fiebant: atq; pueri apud Romanos pro familiarum salute immolabantur. Nam credita est Mania si qua pericula familijs imminerent, ea depellere cùm fuisset expiata. Sequētibus postea temporibus apud eosdem Romanos alliorum papauerumq; capitibus pro pueris immutato ritu sacrificarum fuit. Credebantur ab antiquis hi dæmones curã habere compitorum & ciuitatum, vt patuit è superioribus carminibus Ouid. Erant his dæmonibus canes præterea, veluti etiam Dianæ, dicati, quia communes familiarum custodes putabantur: quibus etiam focus erat consecratus, existimabanturque tanquam penates domorum curam habere, quos etiã esse penates quidam crediderunt. quare effectum vt Laris nomine focum & vniuersam domum vocauerint. Alij agrorum custodes esse Lares censuerunt, vt ait Tibullus in 1. lib. Elegiarum;